

N. 1.

A. D. 1202

(24 settembre)

<i>Provenienza</i>	Archivio Vaticano.
<i>Data di luogo</i>	Velletri.
<i>Descrizione</i>	Registro Vaticano 5, libro V, n. 85.
<i>Contenuto</i>	Papa Innocenzo III dà mandato al <i>nobilis Iacobus Iustitiarius Apulie et terre Laboris</i> di impossessarsi del <i>Castellum Baruli et Rapolle et Mefie</i> e possibilmente del <i>Castellum Andrie</i> , e ciò mentre avviene la spedizione in Sicilia.
<i>Bibliografia</i>	Pubblicata in sunto da Loffredo « STORIA DI BARLETTA », vol. I, pag. 212.

Nobili viro Iacobo Consobrino et Marescalco nostro Magistro Iustitiario et Capitaneo totius Apulie et Terre Laboris (*tutto in rosso*).

Gaudeamus in Domino et tuam prudentiam commendamus. Quod communem utilitatem preferens specialiter, per tuas nobis litteras suggellasti, ut propter necessitatem urgentem et evidentem utilitatem, dilectum Filium Nobilem virum. Wal(terium) Brenensem Comitem ad succursum fidelium in Siciliam destinamus, asserens te paratum, et ad remanendum et ad eundum, iuxta nostram (*sic*) beplacitum voluntatis. Nos ergo tuum approbantes consilium eidem Comiti precipiendo mandamus, ut omni occasione cessante, in Siciliam transire destinet, in sua voluntate ponentes utrum velit te secum procedere, in Siciliam, an ad custodiendum Terre in Apulia remanere. Tu ergo ipsius sequere consilium, sed si remanseris, Castellum Baroli, et Melfie et Rapolle; recipias sed et cast(ellum) si fieri potest que de Andrien, detinet Comitatus. Quod si processeris; expensas excipias de proventibus Cameriatu Apulie et terre Laboris. Nos enim ad subventionem expensarum tam ipsi quam tibi providere volentes, in sua ponimus obtione ut iuxta beneplacitum eius, aut omnes proventus ipsius cameriatu vendantur, pro pretio etiam minori quod valeant — et ei pretium assignatur aut ipsi proventus si fieri potest mercatoribus obligentur, pro pecunia eidem Comiti mutuanda, etiam sub usuris aut de ipsis proventibus sibi vel procuratori suo vice nostra respondeatur, in integrum et super hiis obligatorias mercatoribus, et preceptorias camerariis litteras destinamus. Tu ergo fili Karissime de plenitudine gratie nostre securius, procedas in omnibus sicut ad honorem Ecclesie, ac regni profectum noveris expedire. Datum Velletri VIII Kal. Octobris (Innocentius PP. III).